

consilio & assensu, auctoritate Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, ac nostra, eum Sanctorum Confessorum Catalogo duximus adscribendum.

§. 22. Ideoque Universitatem vestram monemus & hortamur attente, per Apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatenus nonis Martii festum Confessoris ejusdem devote ac solemniter celebretis, & faciatis a vestris subditis veneratione debita celebrari, ut pia ejus intercessione & hic a noxiis protegi, & in futuro sempiterna gaudia consequi valeatis.

§. 23. Ut autem ad venerabile ejus sepulchrum ardentius & affluentius Christiani Populi confluat multitudo, ac celebris ejusdem Confessoris colatur festivitas, omnibus vere poenitentibus & confessis, qui cum reventia illuc in eodem festo annuatim accesserint, ipsius suffragia petaturi, de Omnipotentis Dei misericordia, & eorundem Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, unum annum & quadraginta dies; accedentibus vero annis singulis ad praedictum sepulchrum infra septem dies, festum ipsum immediate sequentes, centum dies deinjuncta sibi poenitentia relaxamus.

Dat. Avinionē 15. Kal. Aug. Pont. nostri Anno VII.

XXXV.

Jurisdictionis pars quaedam, nonnullique redditus, spectantes ad Ecclesiam Avinionen. in Castris Pontis Sorgiae, & de Interaquis ab ea separati Romanæ Ecclesiae, & Comitatus Venaisino uniuntur.

Joannes Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

EXORDIUM. DUM a Nobis, quod justum est, petitur & honestum, tam vigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem nostri officii ad debitum perducatur effectum.

§. 1. Sane dilecti Filii, Geraldus Praepositus, & Capitulum Ecclesiae Avinionen. Ordinis Sancti Augustini, attendentes, quod certi redditus & proventus, quos Episcopus Avinionen., qui est pro tempore, in Castris de Pontesorgiae & de Interaquis ad Romanam Ecclesiam spectantibus, nomine Ecclesiae praedictae Avinionen. habere noscitur, ac certa pars jurisdictionis ejusdem Castris de Interaquis, ejusque pertinentiarum, ad eisdem Episcopum & Ecclesiam pertinens, propter periculosas dissensiones, quae inter Gentes & Officiales Romanæ, & Avinionen. Ecclesiarum praedictarum, praetextu regiminis dictae partis jurisdictionis & perceptionis reddituum & proventuum praedictorum, saepe contingunt, parum aut nihil utilitatis, sed potius incommoditates varias asserunt, & attulerunt haec Episcopo & Ecclesiae memoratis: Nobis humiliter & unanimiter supplicarunt, ut pro honore & utilitate praedictae Avinionen. Ecclesiae partem jurisdictionis, ac redditus & proventus praedictos, in quibus

Ad tollendas incommoditates, & dissensiones Capitulum Avinionen. Praepositus, ut jurisdictionis partem, nonnullorumque redditus Romanæ Ecclesiae uniat, Avinionensium data compensatione.

Exordium.

Ex Regest. in Archiepiscop. Avinionen.

Dat. die 18. Julii 1323. An. VII.

Ejus celebranda festivitas.

Proposita ejus sepulchrum visitantibus indulgentia.

cumque consistant, ab Ecclesia Avinionen. & Mensa Episcopali ejusdem separare, praefataque Romanæ Ecclesiae, & Castris praedictis unire & incorporare perpetuo, & eidem Avinionen. Ecclesiae pro praedictis praestari facere condecemtem recompensationem in aliis dignemur, prout in Literis patentibus super hoc confectis, dictorum Praepositi & Capituli sigillis munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum praesentibus inferi fecimus, plenius continetur.

§. 2. Nos autem praedictae Avinionen. Ecclesiae, quam amoris privilegio complectimur specialis, periculis & incommoditatibus obviare, providereque utilitatibus paternae sollicitudinis studiis cupientes, ac volentes ipsorum Praepositi & Capituli votis & supplicationibus annuere favorabiliter in hac parte, praedictae Jurisdictionis partem, ac redditus & proventus praedictos, in quibuscumque consistant, ab Ecclesia Avinionen. praedicta, & ipsius Mensa Episcopali separantes omnino, eidem Romanæ Ecclesiae, & Castris praedictis auctoritate apostolica & ex certa scientia incorporamus, perpetuo adnectimus, & unimus. Et licet memorata Avinionen. Ecclesiae haecenus contulimus & applicavimus multa bona, nihilominus tamen de recompensatione decenti propter hoc eidem intendimus providere, prout loco & tempore congruis videbimus opportunum.

§. 3. Tenor vero Literarum praedictarum talis est: Sanctissimo in Christo Patri ac Domino nostro Domino Joanni, divina Providentia Sacrosanctae Romanæ ac universalis Ecclesiae Summo Pontifici, sui devoti & humiles Filii, Geraldus Praepositus, & Capitulum Ecclesiae Avinionen. devota pedum oscula beatorum. Quia nostram Avinionen. Ecclesiam, quam in Sponsam divinam dispensationis providentia, dum ageretur in minoribus, habuistis, & adhuc sub vestri specialis regiminis facitis custodia gubernari, Vos propiciis prosequi praecipui prerogativa favoris, pro eisdem Ecclesiae opportunitatibus ad vestram Beatitudinem tanto duximus majori confidentia recurrendum, quanto speramus, apud vestrae magnitudinem Sanctitatis super illis audiri benignius, & favorabilibus exaudiri. Sane vestrae Sanctitatis clementiam volumus non latere, quod certi redditus & proventus, quos habet Episcopus Avinionen., qui est pro tempore, in Castris Pontis Sorgiae & de Interaquis in Comitatu Venaisino, ad vos & Romanam Ecclesiam pertinente, consistentibus, & certa jurisdictionis pars, quam obtinet in Castro de Interaquis praedicto, propter periculosas dissensiones, quae inter gentes dicti Comitatus, & praefata Avinionen. Ecclesiae invicem super regimine & perceptione praedictorum contingere consueverint, interdum parum utilitatis asserunt Episcopo & Ecclesiae Avinionen. praedictis: Quamobrem, diligenti deliberatione praehabita, ac interveniente consensu unanimi & concordi, vestrae Sanctitati humiliter supplicamus, quatenus pro honore & utilitate dictae Avinionen. Ecclesiae dictos redditus & proventus, ac partem jurisdictionis

Vota annuit Joannes.

Littere supplices Capituli Avinionen. Pontifici data.

Datum Avinionē 16. Kal. Junii, Pont. nostri anno VIII.

XXXVII.

Quod Regulares cujuscumque Ordinis ad partes Infidelium se conferre, ibique verbum Dei praedicare absque Superiorum suorum licentia speciali, minime possint.

Joannes Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

AD nostrum nuper relatio fide digna perduxit auditum, quod nonnulli Religionis gestantes habitum, sed & virtute Religionis omnino vacui, & modestia penitus alieni, ad partes quandoque infidelium se transferunt, in quibus pauci Fideles respectu Infidelium commorantur; & ut ibidem facilius decipere simplicium animos, ac ipsos & alios in errores praecipitare seu retinere valeant, sub ovina veste, ac humilitatis habitu lupinum animum occultantes, doctrinas suas reprobas & erroneas, quibus Fidelium mentes, quantum in eis est, corrumpere fatagunt, in ipsis partibus periculose nimium spargere non omittunt; nec non & os suum ponentes in Coelum, lingua eorum transeunte falsidica super Terram, Sanctae Romanæ Ecclesiae detrahente Constitutionibus, & alia multa a fide devia in suis sermonibus & secretis colloquutionibus evomere insanis ausibus non verentur: ex quibus Deus offenditur, periculosa suscitantur scandala, paratur simplicibus laqueus, ipsique talium praesumptores de haeresi vehementer arguunt se suspectos; immo ex iis vere fore haeretici comprobantur.

§. 1. Nos itaque, tantis obviare periculis paternae diligentiae studiis cupientes, universis & singulis Religiosis cujuscumque Religionis, Ordinis, status, vel conditionis existant, de Fratrum nostrorum consilio districtus auctoritate praesentium inhiemus, ne ipsorum aliquis absque Superioris sui Ordinis licentia sibi per ipsius literas patentes concessa, de cetero ad partes se transferat antedictas: Superioribus ipsis nihilominus injungentes ne quibusvis sui Ordinis Fratribus, nisi dumtaxat Viris literatis, providis, & expertis hujusmodi licentiam impertiri praesumant. Nos enim quoscumque scienter, super quo eorum conscientias oneramus, praesumentes contrarium quovis modo excommunicationis subjacere sententiae volumus & decernimus ipso facto, a qua nullus ab alio, quam a Romano Pontifice possit, nisi dumtaxat in mortis articulo, absolutionis beneficium obtinere.

§. 2. Ceterum universis Ecclesiarum Praelatis in virtute sanctae Obedientiae districte, precipiendo praesentium tenore mandamus, quatenus nullos Religiosos ad partes se transferentes praedictas, nisi per patentes Superioris sui Ordinis Literas de licentia speciali, se illuc transferendi sibi concessa, Praelatis

Ex Regest. in Archiepiscop. Avinionen. Pontifici ad an. 1325-1326.

Fraticelli Orientem suis habitibus insecutum.

Veteri Monachi Orientem petere sine licentia Superiori, quibus idoneis tantum ea concedere injungitur: intentato iis anathemate, qui contra haec teadant.

Dantur Praelatis imperia, ut Monachos sine dicta Sinographa praedicantes, vel aliquid contra Religionem efuentes debitis coarceantur.

nis praedictae, in quibuscumque consistant, Romanæ Ecclesiae & Castris praedictis incorporare auctoritate Apostolica dignemini perpetuo, & unire, & a Mensa Episcopali dictae Avinionen. Ecclesiae perenniter separare. Dignetur etiam vestra Sanctitas Ecclesiae praedictae in aliis compensationem praestari facere condecemtem, sicut vestrae placuerit Sanctitati: Nos enim ex unione de praedictis a Mensa Episcopali dictae Avinionen. Ecclesiae, & unioni ac incorporationi dictis Castris & Comitatu faciendis, melioribus jure, modo, & forma, quibus possumus, assensum nostrum ex nunc tenore praesentium impartimur. In quorum omnium fidem & testimonium praesentes literas fieri fecimus, & sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum Avinionē die undecima Mensis Novembris anno Domini MCCCXXII.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum incorporationis, annexionis, & unionis infringere &c.

Datum Avinionē, Kalendas Januarii, Pontificatus nostri anno VIII.

Clausula.

Dat. 1. Januarii 1324. An. VIII.

XXXVI.

Approbatio Congregationis Monachorum Beatae Mariae montis Oliveti Ordinis S. Benedicti.

Joannes Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Abbati Conventui Monasterii S. Marię de monte Oliveto in Accona Ordinis S. Benedicti Aretin. Dilectis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

EXORDIUM. CUM a nobis petitur, quod justum est & honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum.

§. 1. Eapropter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras, & locum, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quae in praesentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis praesente Domino, poteritis adipisci, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, specialiter autem, Decimas, Grancias, Curtes, Terras, Vineas, Domos, Prata, Nemora, Possessiones, & alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis & per vos Monasterio vestro auctoritate Apostolica confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communimus, salva in praedictis decimis moderatione Concilii generalis.

§. 2. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae protectionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Clausula.

Congregationem hanc sub Ap. recipiens protectione; bona omnia confirmat.

Exordium.

eisdem fecerint plenam hanc, in suis Civitatibus & Dioccesibus ac Terris & locis aliis ad predicationis officium, vel divinorum celebrationem admittant: sed ipsos potius velut Apostatas capiant, seu capi faciant: eos carcerali custodia, donec de dicta licentia modo predicto sibi constiterit, detinendo. Et nihilominus, si quos Religiosos approbare, que Sedes reprobatit Apostolica, vel que alias sint fidei obvia, in suis predicationibus seu secretis colloquutionibus dogmatizare presumpserint, ut tales, quibuscumque cessantibus privilegiis, possint auctoritate Apostolica licite capere, & carcerali custodie, sicut suos possent subditos, mancipare, licentiam impertimur: & insuper tenore presentium mandamus eisdem, ut de premissis summarie simpliciter & de plano ac sine strepitu Judicii & figura per se vel alium seu alios se solerter & fideliter studeant informare: quosque de predictis, seu eorum aliquo, repererint reos esse, juxta statuta Canonum in aliorum exemplum castigare poenis debitum non postponant.

Obstantium derogatio.

§. 3. Non obstantibus exemptionis, & quibuscumque aliis privilegiis, indulgentiis, gratiis, & Literis Apostolicis, eisdem Religiosis vel eorum Ordinibus communiter vel divisim sub quacumque forma vel expressione verborum ab eadem Sede concessis, vel imposterum concedendis; etiam si de illis plena & expressa mentio ac de verbo ad verbum, in presentibus sit habenda, que quantum ad predicta, vel aliquod eorumdem, eisdem in nullo volumus suffragari.

Dat. die 21. Maii 1325. Pontif. IX.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum inhibitionis, mandatorum, voluntatum, constitutionis, & concessionis infringere &c.

Datum Avenioni sexto Idus Maii, Pontificatus nostri anno IX.

XXXVIII.

Ex eodem Regest.

Revocatio Concessionum de percipiendis fructibus in absentia in Ecclesiis quibuscumque Urbis, Cardinalibus dumtaxat exceptis.

Joannes Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Licet cunctarum Orbis Ecclesiarum curam gerere vigilem ex Apostolica servitutis officio teneamus; venerabiles tamen, fama que celebres Urbis Romanæ Patriarchales, & Fratibus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus intitulas vel commendatas & alias Collegiatis ejusdem Urbis Ecclesiis, nec non Basilicam Sancti Laurentii in Palatio Lateranensi, que Sancta Sanctorum vulgariter nuncupatur, & Capellas dicte Urbis, tam nobis immediate, quam ejusdem Cardinalibus ratione Titulorum, vel Cardinalatum suorum, vel Commendarum eis Ecclesiarum, subiectas, eo specialius & vigilantius

opportunitis favoribus proficere, & prerogativa tenemur attollere privilegii singularis: quo eadem Patriarchales, & alia prefata Urbis Ecclesiæ majorum donorum excellentia coruscantes, multorum Sanctorum sunt rubricata Martyris, & eorum gloriosis Reliquiis decorata.

Constitutio de pax in Rubrica.

§. 1. Ut igitur in eisdem Patriarchalibus, & aliis prefatis ejusdem Urbis Ecclesiis, ac Basilica Sancti Laurentii, & Cappellis predictis, devotius & solemnius divinis laudibus insistatur, nec per indulgentias Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, atque nostras, multis concessas, de percipiendis in eorum absentia fructibus Beneficiorum suorum, distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis, cultus divinus minuat in eis, vel alias eadem Ecclesiæ prægraventur, auctoritate Apostolica de Fratrum nostrorum, consilio ordinamus atque statuimus, quod deinceps omnes & singula indulgentia dictorum Prædecessorum, & nostræ, sive Cardinalibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, seu Regibus & Principibus pro Clericis domesticis familiaribus eorumdem, sive personis aliis quibuscumque, vel Generalibus Studiis, Generali tamen Studio Romanæ Urbis dumtaxat excepto, cujus per hoc privilegii seu indultis, ei ab eadem Sede concessis, nolumus in aliquo derogari, perpetuo vel ad tempus concessæ, vel imposterum concedendæ super percipiendis fructibus in absentia in Romana Curia, vel alio certo loco, vel etiam ubicumque ad Patriarchales, vel alias ejusdem Urbis, que Presbyterales vel Diaconales Cardinalatus existunt, nec non Collegiatis Ecclesiis, Basilicam, & Cappellas predictas, nullatenus extendantur: omnes processus jam habitos, & sententias excommunicationis, suspensionis, & interdicti, forsitan jam prolatas contra ordinationem & statum hujusmodi, Apostolica vel alia quavis auctoritate, in quantum processus hujusmodi & sententiæ, quoad suum obtinendum effectum, futurum tempus respiciunt, vel quos imposterum haberi seu proferri contigerit, decernentes irritos & inanes.

Ab hac lege Cardinales excipiuntur.

§. 2. Presentem autem Constitutionem extendi nolumus ad indulgentias vel alia jura, que in eisdem Patriarchalibus, & aliis prefatis Urbis Ecclesiis, ac Basilica Sancti Laurentii, & Cappellis predictis, personas contingunt vel respiciunt Cardinalium predictorum, quibus in nullo per Constitutionem presentem, quoad jura eis competentia ex speciali privilegio, consuetudine, seu alio quovis iure, volumus derogari.

Dat. die 5. Junii 1325. An. IX.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum ordinationis, statuti, constitutionis, & voluntatis infringere &c.

Datum Avenioni nonis Junii, Pontificatus nostri anno IX.

Ere-

XXXIX.

Ex Regest in Archiv. Vatic.

Erectio Episcopatus Cortonen. in Ecclesia Sancti Vincentii ejusdem Civitatis cum exemptione a jurisdictione Ecclesiæ Aretinæ.

Joannes Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Vigilis speculatoris Officium super Gregem Dominicum, nostre vigilantie creditum, exercere utiliter cupientes, circa illa potissime intentum dirigimus animum, curamque sollicitam adhibemus, per que divini cultus augmentum, exaltatio Catholicæ Fidei, & commoda salutis proveniant animabus.

Causæ huic sece erigendi Episcopatus.

§. 1. Sane jam dudum multorum fide dignis relatibus plenius informati, quod Universitas Cortonæ, que hæctenus de Aretina Diocesi existerat, sinistra partis non declinat in devium, nec suam ponit cum indevotis ejusdem Ecclesiæ portionem, sed prono & prompto animo in ejusdem Ecclesiæ obsequium totaliter se exponit: quodque Præsules Ecclesiæ Aretinæ, qui fuerunt pro tempore, raro dictum locum Cortonæ visitarunt, nec circa illum curam pastoralis curaverunt officii exercere; & quod eadem Ecclesiæ in proventus & redditibus annuis sic affluit abundanter, ejusque Diocesis adeo diffusa existit, quod, exempto dicto loco Cortonæ cum suo Territorio, redditus & Diocesis ejusdem Aretinæ Ecclesiæ sufficiunt abundanter: confidenterque attentius, quod eadem Terra Cortonæ est locus nobilis & insignis, latum & magnum habens Territorium & districtum, gregemque fidelium tam infra menia dicte Terræ, quam extra, secundum & plurimum copiosum: quodque prefata Universitas per speciales suos Procuratores & Nuntios multas & diversas rationabiles causas coram nobis fecerunt exponi, que recte meditationis examine in libra præsentis appensæ, iuste debebant & poterant ad concedendum eisdem Cathedram Pastoralem Romani Pontificis animum inclinare: eorum, qui proprium habere Pontificem in eadem Terra desiderant, supplicationibus annuentes, ad Dei laudem & gloriam, & exaltationem ejusdem Catholicæ Fidei, & divini cultus augmentum, eandem Terram Cortonæ, quam una cum toto suo Territorio & Districtu ab omni jurisdictione spirituali & temporali tam Ecclesiæ Aretinæ, quam quorolibet Episcoporum & Capitulum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum secularium & regularium, cujuscumque status, ordinis, vel conditionis existant, auctoritate apostolica prorsus eximimus, & totaliter liberamus, de Fratrum nostrorum consilio & assensu, & Apostolica plenitudine potestatis in Civitatem erigimus, & Civitatis vocabulo insignimus: auctoritate Apostolica decernentes, ut Ecclesiæ Sancti Vincentii, sita in dicta Civitate Cortonæ, que hæctenus Monasterio Sanctæ Floræ Aretinæ Ordinis Sancti Benedicti erat pleno jure subiecta, & per ipsius

Terra Cortonen. a subiectione Episcopi Aretini liberatur, & in Civitatem erigatur.

Ecclesiæ vero S. Vincentii ibidem sita Cathedralis titulo insignitur.

Bull. Rom. Tom. III. Pars II.

Monasterii Monachos fuerat solita gubernari, sit de cætero & habeatur perpetuo ejusdem Civitatis Ecclesiæ Cathedralis.

Er a Jure & dominio Monasterii Sanctæ Floræ Aretinæ eximitur.

§. 2. Quam quidem Ecclesiam Sancti Vincentii cum omnibus juribus & pertinentiis suis ab omni jurisdictione, potestate, jure, & dominio Episcopi & Ecclesiæ Aretinæ, ac ipsius Monasterii, auctoritate prædicta prorsus eximimus, & plenarie liberamus: eamque ad censum aliquem seu præstationem aut servitium vel subjectionem quacumque dilectis Filiis Abbati & Conventui dicti Monasterii, eorumque successoribus, necnon præfato Monasterio, volumus & decernimus in antea non teneri: eidem Cathedrali Ecclesiæ Territorium & districtum prædicta pro Diocesi auctoritate prædicta in perpetuum assignantes.

Novo Episcopi jura omnia, & bona applicantur, que in Civitate Cortonen. ejusque Territorio, & in Ecclesiæ S. Vincentii Episcopis Aretinæ competebant.

§. 3. Concedimus quoque ex nunc auctoritate præfata, & donamus, deputamus, & etiam applicamus Mensam Episcopali, & Capitulo Cortonen. omnia bona mobilia & immobilia, domos, ædificia, & possessiones, redditus, & proventus, pensiones, & census, jurisdictiones, & jura quæcumque spiritualia & temporalia, quocumque nomine censeantur, & in quibuscumque locis & rebus consistant, que Episcopi, qui fuerunt pro tempore & Ecclesiæ Aretinæ hæctenus in dicta Civitate Cortonæ, ejusque Territorio & districtu habuerunt, vel ad eos quomodolibet competere poterunt: ita quod prædicta bona & jura universa & singula ad præfatum Ecclesiam Cortonen. & Episcopalem Mensam ipsius, & Capituli juxta nostræ Ordinationis tenorem perpetuis futuris temporibus debeant pertinere: Jura omnia superioritatis & alia quælibet, que in Civitate prædicta, Ecclesiis, Ecclesiasticisque locis, & personis, & Incolis, pertinentiis, & districtu ejusdem Ecclesiæ Aretinæ, & ejus Capitulum olim quomodolibet habuerunt, in dictam Cathedrali Ecclesiam Cortonen. plenarie transferentes; & illa penes eam plene & integraliter volentes perpetuo remanere: Conventions & pacta, dudum habita inter Guidonem tunc Episcopum Aretinum & Commune ac Populum Civitatis Cortonen., vel quemcumque alium nomine Populi & Communis prædictorum, in quibus inter alia dicitur contineri, quod Universitas, Commune, & Populus Cortonen. dictas Domos, Ædificia, & alia Bona immobilia, Jurisdictionem, & Jura, ad certum tempus nondum completum, pro mille Florenis auri anno quolibet præfatis Guidoni tunc Episcopo, & Ecclesiæ Aretinæ, seu alteri eorum nomine persolvendis, tenere debent; omnemque sententiam seu sententias per Episcopum Aretinæ, qui fuit pro tempore, vel ejus auctoritate per quemcumque prolatam seu prolata ob præmissa, vel aliquod præmissorum, confirmatione Apostolica vel quacumque alia firmitate vallatis, omnemque contractum seu contractus super hujusmodi conventionibus seu obligationibus habitum, vel habitos, in personam cujusquam singularis persone de dicta Civitate Aretinæ, poenarum adjectione, & juramentorum præfatio

B b

ne-

ne vallatos, auctoritate Apostolica cassantes, irritantes, & revocantes omnino, ac ipsos cassos fore, & irritos decernentes, & nullius prorsus existere firmitatis: Instrumenta quoque super dictis contractibus confecta omnino juribus, quantum ad tempus futurum atinet, vacuumus: ita quod Instrumentis eisdem in Judicio vel extra nulla fides debeat adhiberi.

Paſſa quilibet cum Episcopo Aretino in ita resolvenda peccata quilibet, vel alias irritantur &c.

§. 4. Distant quoque Universitatem & Populum Cortonen., & quilibet singulares personas Civitatis Cortonen., ejusque Territorii, et districtus, nec non Fidejussores, si qui super premissis intervenerunt, & quamlibet aliam specialem vel singularem personam dictis ex causis obligatam, ab omnibus promissionibus, pactibus, conventionibus, obligationibus, atque penis & fidejussionibus super premissis, vel premissorum occasione factis & habitis, ac prestatione juramentorum super observantia predictorum, vel aliquid eorum, auctoritate predicta & de Apostolica plenitudine potestatis totaliter absolvimus & etiam liberamus; & eos ad predictorum juramentorum observantiam decernimus non teneri: ita quod propter premissa pacta, vel aliquod premissorum, per eos vel Fidejussores eorum non servata nec completa, a quorum observatione ipsos & heredes eorum in perpetuum duximus absolvendos, nullam possint penam incurere, nec premissorum occasione aliquatenus conveniri.

§. 5. Quia vero, quod de Civitate ipsa per Apostolicam Sedis providentiam circumscriptam factum & ordinatum esse dignoscitur in hac parte, perpetuis futuris temporibus esse volumus valitum, & robur obtinere incommutabilis firmitatis, auctoritate predicta districtius inhibemus, ne aliquis ejusdemque preeminentie, ordinis, conditionis, aut status, etiam si Archiepiscopi, vel Episcopali, seu regia prefulgeant dignitate, hujusmodi ordinationem Sedis ejusdem quovis quaesito colore vel modo, sive causa vel occasione qualibet adinventis, turbare seu quomodolibet impedire presumat. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super hoc per quemcumque quavis auctoritate contigerit attentari. Et nihilominus in eos, qui ex certa scientia contrarium quovis modo attentare presumpserint, excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias promulgamus; a quibus nullus ab alio, quam a Romano Pontifice, absolutionem, suspensionem, vel relaxationem, nisi dumtaxat in mortis articulo, ab eadem excommunicationis sententia valeat obtinere. Quod si aliquem in mortis articulo a dicta excommunicationis sententia contingat absolvi, nisi post resumptam convalescentiam, quamcunq; commode poterit, Apostolice conspecturi se presentet, mandatum Romani Pontificis humiliter super hoc recepturus, volumus & decernimus, licet sit satis a jure provisum, quod in eandem Excommunicationis sententiam recidat ipso facto.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum exemptionum, liberatio-

Penas contra quosdam in contrarium attentantes.

num, erectionis, insignitionis, constitutionum, voluntatum, assignationis, concessio- nis, donationis, deputationis, applicationis, translationis, cassationis, irritationis, revocatio- nis, vacationis, absolutionis, libera- tionis, inhibitionis, & promulgationis infringere &c.

Datum Avinioni tertio decimo Kalendas Julii, Pontificatus nostri anno IX.

Dat. die 19. Junii 1325. An. IX.

X L.

Contra ineuntes federa cum hereticis, aut alio quovis modo eis faventes.

Joannes Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Lamberto de Ordine Fratrum Prædicatorum, Inquisitori hereticæ pravitatis in inferiori parte Lombardiæ, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CUM nonnulli de Provincia Romanodiolæ, tam Clerici, quam Laici, Deum & Romanam matrem Ecclesiam offendere, seque in præcipitum damnationis & mortis immergere non verentes, adeo favore & favisse dicantur damnatis hereticis, confederationes ligas & societates ineundo cum ipsis, eosque receptando, & sibi præstando multipliciter auxilia, consilia, & favores, quod de labe hæresis se reddiderunt & reddunt vehementer suspectos.

Causæ condendæ legi.

§. 1. Nos tam ipsorum quam multorum aliorum periculis ex premissis imminenti- bus, obviare salubriter cupientes: discretioni tue Apostolica auctoritate mandamus, quatenus contra fautores hujusmodi, & alios quoslibet de crimine pravitatis hereticæ culpabiles, vel suspectos, sic solerter secundum formam Canonum, ac privilegiorum concessorum Inquisitionis Officio, procedere non postponas: quod inde debeat tua diligentia merito commendari.

Procedere debet contra culpabiles.

Dat. Avinione 12. Kal. Septemb. Pont. nostri anno X.

Dat. die 11. Augusti 1326. An. X.

X L I.

Contra immolantes demonibus, aut responsa & auxilia ab eis postulantes; sive tenentes libros de ejusmodi erroribus tractantes.

Joannes Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Super illius specula, quamvis immeriti, ejus favente clementia, qui primum hominem humani quidem generis protoplasti, terrenis prælatum, divinis virtutibus adornatum, conformem & consimilem imagini suæ fecit, revocavit profugum, legem dando; ac demum liberavit captivum, reinvenit perditum, & redemit venditum, merito suæ Passionis, ut contempleremur ex illa-

Proemium.

X L I I.

Ordinationes, observanda ab Auditoribus Causarum Romanæ, eorumque Notariis.

Joannes Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Ratio juris exigit, debitum honestatis exposcit, & pietatis consideratio persuadet, ut in cunctis dirigendis judiciis, & justitia ministranda, sint quoad Præsidentes, vigilantia studiosa, venusta modestia, cordium puritas, munditia manuum, & consiliorum sanitas requirenda. In personis quoque, ad conscribendum acta judicialia deputatis, sufficientia operosa, fidelitas comprobata, vitæ honestas, decencia commendanda, mercedis exactio moderata, benignitas ad pauperes compassiva, sint merito exigende. Igitur in Romana Curia communi quidem patria, ubi est summum Tribunal Judicii divinitus constitutum, & ubi lux & forma justitiæ præminent & prælucent, hec oportet necessario reperiri. Quare nos, qui, licet immeriti, sumus B. Petri successores, & vice Christi fungimur super Terram, cupientes, ut in Apostolico Palatio audientia causarum, ac in personis, ad examinationem & conscriptionem illarum pro tempore ordinatis habeatur ordinatiolimitata, congrua & salubris circa earumdem causarum Auditores, ipsorumque Notarios scribentes in causis hujusmodi, suadentibus rationabilibus causis, Statuta & Ordinamenta, quæ particulariter & seriatim presentibus adnotantur, auctoritate Apostolica edimus, & ea precipimus perpetuo futuris temporibus observari.

Proemium.

Demonibus immolare, super hereticis infirmitate auxiliis, & Responsis petere interdictum.

Sub excommunicationis, & corporali quoque pena.

super filios hominum, qui christianæ religionis cultu Deum intelligunt & requirunt: dolenter advertimus, quod etiam cum nostrorum turbatione viscerum cogitamus, quamplures esse solo nomine christianos, qui relicto primo veritatis lumine, tanta erroris caligine obnubilantur, quod cum morte foedus ineunt, & pactum faciunt cum inferno: demonibus namque immolant, hos adorant, fabricant ac fabricari procurant imagines, annulum vel speculum, vel phialam, vel rem quamcumque aliam magice ad demones inibi alligandos, ab his petunt responsa, ab his recipiunt, & pro implendis pravis suis desideriis auxilia postulant, pro re fatidissima fatidam exhibent servitutem: Proh dolor! hujusmodi morbus pestifer, nunc per mundum solito amplius convalescens, successive gravius inficit Christi gregem.

§. 1. Cum igitur ex debito suscepti pastoralis officii, oves oberrantes per devia, teneamur ad caulas Christi reducere, & excludere a grege Dominico morbidas, ne alias corrumpant: hoc edicto in perpetuum valituro, de consilio fratrum nostrorum, monemus omnes & singulos renatos fonte baptismatis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione anathematis, precipientes eisdem, quod nullas ipsorum, aliquid de perveris dictis dogmatibus docere ac addicere audeat: vel, quod execrabilius est, quomodolibet alio modo, in aliquo illis uti.

§. 2. Et quia dignum est, quod hi, qui per sua opera perveria spernunt Altissimum, penis suis proculpis debitis percellantur: Nos in omnes & singulos, qui contra nostra saluberrima monita & mandata facere de predictis quicquam presumpserint, excommunicationis sententiam promulgamus, quam ipsos incurere volumus ipso facto. Statuentes firmiter, quod præter penas predictas, contra tales, qui admoniti de predictis seu predictorum aliquo, infra octo dies a monitione computandos præfata, a præfatis non se correxerint, ad infligendas penas omnes & singulas, præter bonorum confiscationem, dumtaxat, quas de jure merentur heretici; per suos competentes iudices procedatur.

§. 3. Verum cum sit expediens, quod ad hæc tam nefanda omnis via, omnisque occasio præcludatur, de dictorum nostrorum Fratrum consilio, universis precipimus & mandamus, quod nullus eorum libellos, scripturas quascumque ex præfatis damnatis erroribus quicquam continentes, habere aut tenere, vel in ipsis studere præsumat; quin potius volumus, & in virtute sanctæ obedientiæ cunctis precipimus, quod quicumque de scripturis præfatis, vel libellis quicquam habuerint, infra octo dierum spatium ab hujusmodi edicti nostri notitia computandum, totum, & in toto, & in qualibet sui parte abolere, & comburere teneantur: alioquin volumus, quod incurrant sententiam excommunicationis ipso facto, processuri contra contemptores hujusmodi (cum consiterit) ad penas alias graviores.

Datum Avinione &c. Bull. Rom. Tom. III. Pars II.

§. 1. Statuimus igitur & ordinamus, quod Auditores sine cappa & roqueto in loco, ubi residet Curia in publico non incedant.

Auditores sine cappa & roqueto non debent incedere: Sint diligentes.

§. 2. Item quod præfati Auditores earumdem causarum Palatii, sint audiendis & decidendis causis eis commissis, & committendis, fortius solito diligentes.

Causis audic- dis debitis ho- ris insistant.

§. 3. Item quod Auditoris prædicti bona hora diebus singulis juridicis ad Palatium conveniant, & immediate post pulsationem campanæ, quæ pulsatur ad horam Tertie in Ecclesia Cathedrali, incipiant sedere ad audiendum causas; & dictum Palatium non exeant, donec partes satisfecerint suis terminis coram eis.

§. 4. Item quod iidem Auditores illa festa dumtaxat observent, quæ hæctenus de mandato nostro per audientiam litterarum nostrarum ipsos servari debere statuta fuisse noscuntur; & quod de coetero alia festa seu dies alios ex se ipsis, vel alias stature, vel observare non præsumant aliquatenus; sed diebus aliis sic paratos se & sollicitos exhibeant in exhibenda justitia partibus litigantibus coram ipsis, quod ex hoc merito debeant commendari.

Festa hæctenus statuta cautè servent.

§. 5. Item quod illi ex eisdem Auditoribus, qui fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium familiares existunt, diebus juridicis, & horis, quibus causæ tractantur, Cardinales

Diebus juridicis obsequis Cardinalium non incurant.